

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLIS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0525

Sabato 07.07.2018

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del 200° anniversario dell'evangelizzazione dell'Ovest e del Nord del Canada
- ◆ Rinunce e nomine

◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del 200° anniversario dell'evangelizzazione dell'Ovest e del Nord del Canada

In data 19 maggio 2018, il Santo Padre Francesco ha nominato l'Em.mo Card. Gérald Cyprien Lacroix, Arcivescovo di Québec, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del 200° anniversario dell'evangelizzazione dell'Ovest e del Nord del Canada, a partire dall'arrivo di P. Norbert Provencher e compagni missionari nell'attuale Arcidiocesi di Saint-Boniface, che si terrà il 15 luglio 2018.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici:

- Mons. Albert FRÉCHETTE, Membro del Collegio di Consultori e Rettore della Cattedrale di Saint-Boniface;
- Mons. Carl TARNOPOŁSKI, Vicario Generale dell'Arcidiocesi di Saint-Boniface.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Papa all'Em.mo Card. Gérald Cyprien Lacroix:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratри Nostro

GERALDO CYPRIANO S.R.E. Cardinali LACROIX, I.S.P.X.,
Archiepiscopo Metropolitae Quebecensi

Mirabilia creata quae contemplamur, glacies et nives, valles et montes excelsi, silvae immensae, lacus et flumina, ubi multa animalia refugium inveniunt et cibum, nos omnino invitant ut Creatori magno stupore confiteamur: "Quam multiplicata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti, repleta est terra creatura tua" (Ps 104,24).

Hac ratione, etiamsi Deum verum nescientes, "per ea, quae facta sunt" (Rom 1,20) invisibilia eius intellecta, multi indigenae in harmonia cum universa natura viventes et bonum iuxta conscientiam operantes acceptum cultum ei praeberunt. Ipsi autem liquidius et certius se revelare cupiens, Dominus Iesus «Ecclesiam suam ut sacramentum salutis fundavit, apostolosque in universum mundum misit [...], mandans eis: "Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis" (Mt 28,19-20)» (Ad gentes, 5). Quod missionale opus Ecclesia fideliter per saecula explere studet.

Laeto verum animo novimus ducentesimum expletum annum celebrari ab initio evangelizationis in occidentali et septentrionali parte Canadae ferventer inchoatae a missionariis, quos Iosephus Octavius Plessis, tunc Episcopus Quebecensis, miserat ad novam constituendam missionem. Inter eos eminuit Iosephus Norbertus Provencher, quem deinde Romae humaniter recepit ac sustinuit Decessor Noster Gregorius XVI, quique ab eodem Pontifice primus dioecesis Sancti Bonifacii factus est Episcopus. Is una cum sociis humiliter et assidue ibidem fidem catholicam cunctis annuntiavit, deinde multum iuvantibus Oblatis Mariae Immaculatae et Sororibus a Caritate, et revera plurimi autochthones eam fidem amplexi sunt ipsamque aliis afferebant.

Ideo accepimus postulatam Venerabilis Fratris Alberti LeGatt, Archiepiscopi Sancti Bonifacii, qui poposcit ut Purpuratum Patrem mitteremus ad Personam Nostram die XV proximi mensis Iulii gerendam, in bicentennaria memoria recolenda inceptae evangelizationis. Cum autem primi missionarii de urbe Quebecensi missi essent, iustum visum est inde etiam Legatum eligere. Idcirco **Nostrum Missum Extraordinarium** ad supra memoratam celebrationem hisce Litteris te constituimus, Venerabilis Frater Noster, qui prudentia spirituque missionali emines atque illarum terrarum amoenitatem et gentium historiam, culturam hodiernaque rerum adiuncta optime cognoscis.

Congrue quidem Nostro nomine omnes hoc felix iubilaeum commemorantes salutabis, maxime populos autochthones, qui quondam in natura multa amoris verba audire valuerant, superioraque autem duo saecula mente et corde patebant bono nuntio aeternae salutis in Christo consequendae. Eos quoque invitare volumus "ut aliquid temporis tribuatur ad serenam harmoniam cum creato recuperandam, ad considerandum nostrum vitae genus ac nostra optata sublimia, ad Creatorem contemplandum, qui inter nos vivit et in iis quae circa nos sunt cuiusque praesentia non debet esse exstructa, sed detecta et revelata" (Laudato si', 225).

Missionarios etiam recordaberis, qui ducentos ante annos illuc pervenerunt Evangelium praedicaturi, ceterosque qui hoc opus sedulo prosecuti sunt. Cohortaberis iuvenes ut vestigia maiorum sequentes culturae et fidei bona denuo detegant et colant. Ne autem careant homines prosequentes hoc evangelizationis opus, constanter orent pro novis vocationibus, ipso Domino monente: "Mensis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam" (Lc 10,2).

Nos tuam peculiarem missionem, committimus intercessionibus Immaculatae Virginis Mariae, sancti Francisci de Montmorency-Laval, primi Episcopi Quebecensis, sanctae Mariae Margaritae d'Youville, sanctae Catharinae Tekakwitha et beatae Mariae Elisabethae Turgeon. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam imo ex corde tibi, Venerabilis Frater Noster, impertimus, dilectis Pastoribus et Christifidelibus harum regionum cunctisque faustum hunc eventum participantibus amanter communicandam.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXI mensis Iunii, anno MMXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

[01147-LA.01] [Testo originale: Latino]

◆ Rinunce e nomine

Rinuncia del Vescovo di Kagoshima (Giappone) e nomina del successore

Nomina del Vescovo di Tapachula (Messico)

Rinuncia del Vescovo di Kagoshima (Giappone) e nomina del successore

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Kagoshima (Giappone), presentata da S.E. Mons. Paul Kenjiro Koriyama.

Il Papa ha nominato Vescovo di Kagoshima (Giappone) il Rev.do Sacerdote Francis Xavier Hiroaki Nakano, finora Rettore del Seminario Cattolico del Giappone.

Rev.do Francis Xavier Hiroaki Nakano

Il Rev.do Francis Xavier Hiroaki Nakano è nato il 15 aprile 1951 a Kagoshima. Ha studiato Filosofia e Teologia nel Seminario Maggiore *San Sulpizio* di Fukuoka. Ha conseguito la Licenza in Teologia Dogmatica presso la Pontificia Università Urbaniana (Roma). È stato ordinato sacerdote il 2 aprile 1978 per la Diocesi di Kagoshima.

Dopo l'Ordinazione sacerdotale ha ricoperto i seguenti incarichi: 1978-1981: Segretario del Vescovo e Redattore del giornale diocesano; 1981-1984: Vicario parrocchiale di Kamaoike; 1984-1988: Studi di specializzazione a Roma; 1988-1993: Parroco di Tamazato; 1993-2005: Parroco di Naze; 2005-2009: Cancelliere della Diocesi di Kagoshima; 2009-2011: Parroco di *S. Francesco Saverio*; 2011-2013: Formatore nel Seminario Cattolico del Giappone; Parroco della Parrocchia di Shibushi (solo per alcuni mesi nel 2011); 2013-2017: Vice-Rettore del *Japan Catholic Seminary*; dal 2017: Rettore del *Japan Catholic Seminary*.

[01148-IT.01]

Nomina del Vescovo di Tapachula (Messico)

Il Papa ha nominato Vescovo di Tapachula (Messico) S.E. Mons. Jaime Calderón Calderón, finora Vescovo titolare di Giomnio ed Ausiliare di Zamora.

S.E. Mons. Jaime Calderón Calderón

S.E. Mons. Jaime Calderón Calderón è nato a Churintzio, diocesi di Zamora, il 1° maggio 1966. Formato nel Seminario di Zamora, è stato ordinato sacerdote il 16 febbraio 1991 ed incardinato nella diocesi di Zamora. Dopo l'ordinazione ha conseguito la Licenza in filosofia presso l'Università Pontificia di Messico e poi il Dottorato in filosofia a Roma presso l'Università Gregoriana.

È stato Vicario parrocchiale, Prefetto, Vice-Rettore e Rettore del Seminario Maggiore di Zamora, Coordinatore del Consiglio Presbiterale, Segretario del Collegio dei Consultori, Giudice nel Tribunale Ecclesiastico e Presidente dell'Organizzazione dei Seminari Messicani.

Il 5 luglio 2012 è stato nominato Vescovo titolare di Giomnio ed Ausiliare di Zamora. È stato consacrato il 5 ottobre 2012.

[01149-IT.01] [Testo originale: Italiano]

[B0525-XX.01]
